

pretantur, propter operationem miraculorum, quia nullus Prophetarum veteris Testamenti tot, ac tanta miracula perpetravit, vt ille, qui duos mortuos suscitauit 4. Reg. 4. num. 36. & cap. 13. num. 21. quod nullus alius Propheta fecit. Melius tamen dicendum est cum Abulensi quæst. 50. Carthusiano, quod, cum Prophetam nominauerint, intelligebant aliquem ex antiquis Prophetis, vt Moysen, Samuelem, Isaiam, vel aliquem alium; & sic expressit D. Lucas: *Propheta de prioribus.*

4. Reg. 4. & 13. Abulens. Carthuf.

Luc.

38.

Cur his auditis opinionibus Dominus non subsistit, ac illas refutat; sicut audita Petri confessione veritatem attingentis, magno encomio approbavit? Tam apertus in his sententiis erat error, vt illis abiiciendis labor veluti superuacaneus videretur: quæ enim aperte sunt falsa dogmata, præstat potius contemnere, quam refellendo discutere D. Chrysostomus tom. 5. Orat. de sigillis. *Apostoli quidem, ait, primum vulgi opiniones respondebant, alij quidem aiunt Eliam, alij Ieremiam, aut unum e Prophetis: quid igitur Seruator? Ad opiniones illas falsas nihil ille respondet, vtpote quas indignas response duceret.*

Que aperte sunt falsa contemnenda.

Chrysof.

QVÆSTIO V.

Quare turba Christum Dominum, non nouum Prophetam, sed unum ex veteribus autumant?

39. Ratio dubitandi.

VM turbatum sententias referunt Discipuli, solum comemorant, quod homines arbitrati sunt, Christum esse aliquem ex prioribus Prophetis, & cur non potius aliquem Prophetam denuo missum? Cur tantum ad priores Prophetas conuertunt oculos?

40. Tertull.

Respondet primò Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 21. *Nullum Deum nouum, ait, à Christo probatum illa etiam opinio declarauit, quia Christum Iesum alij Ioannem, alij Eliam, alij unum aliquem ex veteribus Prophetis Herodi assueverant, Sic Dominus Iesus in suis actionibus se veterum moribus conformabat, vt cum homines eum Prophetam autumarent, non nouum aliquem Prophetam, sed veterem suspicarentur; maxime enim alienum est à vero Deo, quidquid nouitatem sapit, ac refert.*

Noua à Deo aliena.

41.

Secundò Rabanus, Abulensis quæst. 51. Sic loquebantur, quia hoc competebat motiuo Iudæorum, idèd namque nominauerunt illos Prophetas mortuos, scilicet Ioannem, Ieremiam, quia putabant, sanctos post resurrectionem futuros potentiores: & quia Christus talia faciebat, qualiu nemo viuus fecerat; putauerunt quod non poterat esse aliquis Propheta nouiter natus, sed aliquis ex mortuis, qui surrexerat.

Raban. Abulens. Existimabāt Iudæi mortuos potentiores.

42.

Tertiò Toletus in cap. 9. Luc. Annotat 36. existimat, Iudæos deceptos fuisse illo loco Deut. 18. *Prophetam suscitabit tibi Dominus de medio fratrum tuorum.* Cum enim de ipso Messia, ac Christo hæc essent intelligenda, putabant, aliquem Prophetam venturum prope tempus aduentus Christi: quidam autem arbitrabantur futurum aliquem insignem, denuo mittendum; alij, vnum ex antiquis magni nominis surrecturum: quam opinionum varietatem ex eo colligit citatus au-

Indiciorū opiniones.

ctor; quod missi à Iudæis ad Ioannem, interrogauerunt: *Propheta es tu? Ioan. 1. num. 21. id est ille insignis, qui Christum præueniet.*

Ioan. 1.

Quartò. Non sibi persuadebant homines, nouum esse Prophetam. Tam magna, ac præclara erant, quæ Christus Dominus gerebat, vt illa non permitteret inuidia considerare in homine sibi contemporaneo; ac ætatis suæ æquali; & idèd ad antiquos, & mortuos confugiebant.

43. Inuidus non putatualium sua ætatis æqualem.

Quintò. Non aliquem Prophetam nouum, ac denuo venientem, sed vnum ex antiquis, ac mortuis opinabantur; sine dubio reuerentiæ causa: semper enim plus veneramur absentia, quam præsentia, maioriq; cultu prosequimur mortuos, quam viuos. Ingeniosè D. Bernardus sermone ad milites templi cap. 11. ponderat. *Inter sancta, ac desiderabilia loca sepulchrum tenet quodammodo principatum; & deuotionis plus nescio quid sentitur, vbi mortuum requirit, quàm vbi viuens conuersatus est.* Illustrissimæ actiones à viuentibus exercentur: Cadauer nil operatur, nil enim ipsum à trunco quodam distat. Cur ergo Domini sepulchrum in maiori æstimatione, quam ea loca, quæ ipse, dum inter viuos ageret, perlustrauit? Præsepe, Cænaculum, Caluarie mons, alique similes situs Christum viuum, ac præsentem habuerunt: ac sepulchrum ipsum Dominum Iesum iam mortuum, ac veluti absentem retinuit; cadauer enim hominis non est ipse homo. Cur autem humana conditio plus reuerentiæ, ac amoris impendat absentia, quam præsentia; mortuo, quam viuo, ea de causa sepulchrum, quod ipsum Dominum iam mortuum, ac tanquam absentem exprimebat, maiorem sibi apud homines cultum reconciliauit, quàm illa præclarissima loca, quæ ipsum Dominum in viuis tam alta mysteria operantem, ac perpetrantem dicebant. *Deuotionis plus nescio quid sentitur, vbi mortuum requirit, quàm vbi viuens conuersatus est.*

44. Viros, ac præfentes contemimus, mortuos veneramus.

Bernard.

De sacerdote Heli dicitur: *Nec poterat videre lucernam Domini, antequam extingueretur.* 1. Reg. 3. num. 1. Vt legunt D. Ephrem in Apologia de Heli, D. Isidorus ad Messanum, de lapsu sacerdotis; & D. Bonauentura in cap. 12. Ecclesiast; & in eam maxime inclinant Rabanus, Rupertus, Beda, Abulensis, Hugo, Caicranus, & alij, qui ita legunt, *Lucernam clarè lucentem, antequam extingueretur, videre non poterat.* Ergo nec poterat videre, postquam extingueretur. Oculis caliginosus lucernam lucentem, saltem subobscurè, ac confusè aliquantulum videt; nam ipsa splendida lux maxime ipsam potentiam mouet, & excitat: at postquam lucerna ipsa penitus est extincta, nil illius valet percipi, cum cuncta magna obscuritate inuoluantur. O magnum humanæ conditionis emblemata. Heli veluti terrenus homo aliorum lucernam, virtute, operibus, ac factis mitificè splendorem, cum in viuis degit intuetur, nec videt: at postquam lucerna est extincta, iam peracta vita, ac mortis tenebris inuoluta, tunc eorum lucem, ac præclara facinorum monumenta videt, recognoscit, ac veneratur. Venerabilis Stephanus Canturiensis in Allegori. Tylmani. *Multi modo sunt, ait, tales, vt Heli, qui nunquam laudabunt probitatem in alio, nisi post mortem.*

45. 1. Reg. 3. Ephrem. Isidor. Bonauent. Rabanus. Rupert. Beda. Abulens. Hugo. Caicran.

Viros gloriosos non agnoscentur viuos, sed mortuos.

Steph.

Tota nocte Iacob cum Angelo luctatur, qui se ei exhibuit in specie viri. Cum surgente iam aurora Angelus recessum pararet, desiderio illius præsentia perimotus Iacob multas lachrymas profudit.

46.

fudit. *Inualuit ad Angelum, fleuit, & rogauit eum; vt scribit Olesas 12. num. 4. seu, vt alij legunt, ploratus est.* Res valde mira. Quando cum Angelo magno certamine colluctatur, cumque brachijs præsentem tenet, lacertis attingit, ac cum eo totis viribus pugnat, ac terram allidere satagit: at cum eum ad recessum intentum videt, tunc de eius absentia magno tangitur dolore, vehementiq; illius desiderio æstuat, & eum precibus, lachrymis, ac manibus detinere conatur. Vnde ergo tam subita mutatio? Depingebatur in Iacob humana conditio: Quandiu enim viros præclaros virtute, scientia, ac donis veluti quosdam Angelos præfentes possidemus, ac tanquam manibus tenemus, sic res tunc agitur, vt cum illis contendamus, eosque vilicando, ac contemnendo, ad terram prosterneere conemur: at verò cum eos abire videmus, tunc illorum virtutes recognoscentes, multum de eorum carentia, ac absentia dolemus, feruenti eorum desiderio tenemur, eosque multis lachrymis prosequimur. Sic Iacob cum Angelum manibus habet, cum eo luctatur, eumque superare contendit: at cum eius recessum audit: *Dimitte me, iam enim ascendit aurora: rogatu, ac fletu ei obstitit.* Thomas Anglicus *Cumq; ait, ille fingeret, se omnino velle discedere, tunc eum vehementius, & firmitus Iacob retinebat, & ad se retrahere, quasi vitens, apud se ipsum illum retinere.*

Viros magnos presentes contemimus, mortuos veneramus.

Thom. Anglic.

QVÆSTIO VI.

Quare peculiariter dicitur, quod Christus existimabatur Ioannes Baptista, vel Elias, vel Ieremias, aut vnus ex Prophetis?

67. Caicran. Iansen. Baroa.

AIETANVS, Iansenius, Baronius in Annalibus anno Domini 33. existimant, hos, qui Christum dicebant Ioannem Baptistam, vel Ieremiam, excepta opinione Elia, fuisse in errore Pythagorico, afluentes regressum animarum in corpora: nam Ioannes, Ieremias, aut vnus ex prioribus Prophetis defuncti erant; intelligebant ergo, animam alicuius ex his in Christum migrasse.

48. Hieron. Theophyl. Beda. Abulens. Hugo. Carthuf. Bonauent. Tolet. Matth. 14.

In hac tamen non sum sententia, sed dicendum potius existimo cum D. Hieronymo, Theophylacto, Beda, Abulensi quæst. 44. Hugone, Carthusiano; & in cap. 9. Luc. D. Bonauentura, Tolet, & alijs, hos, qui talia astruebant, sibi persuasisse, Ioannem, vel Ieremiam surrexisse à mortuis. Hoc sua sententia indicat Herodes de Christo dicens: *Hic est Ioannes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & idèd virtutes operantur in eo;* Matth. 14. num. 2. Non enim dixit, anima eius in Christum migravit, sed ipse surrexit à mortuis; nam resurrectio mortuorum Iudæis erat nota ex scripturis, & idem autumabant de Ieremia, aut de vno ex antiquis Prophetis. Eliam autem venturum credebant iuxta Malach. 4. num. 5. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam.*

Malach. 4.

49. Hieron.

D. Hieronymus miratur, quosdam interpretes causas errorum inquirere singulorum. Quare Dominum nostrum Iesum Christum alij Ioannem putauerint, alij Eliam, alij Ieremiam. Tamen, vt ait Abulensis, licet errantes non habuissent

Abulens.

causam ad errandum, quia si illam haberent, non esset error, tamen vindicauerunt saltem aliqua fictitia motiua colorata, & illa pro maiori doctrina gratia inquirimus.

Christus Dominus existimatus est à turbis Ioannes Baptista, vt inquit Albettus Magnus, S. Thomas, Carthusianus, vel propter pefectiorem vitam; vel propter auctoritatem, ac similitudinem sermonis; nam sicut Ioannes prædicabat: *Pœnitentiam agite.* Matth. 3. num. 2. sic & Christus eodem themate: *Pœnitentiam agite:* suam inchoauit prædicationem. Matth. 4. n. 17. Abulensis quæst. 45. tenet, quod Christus Dominus reputatus est Ioannes propter magnitudinem miraculorum; nam talia audierat Herodes de Christo, vt putauerit, quod nullus hominum illa facere posset, nisi solus Ioannes. Et sic dixit Herodes Luc. 9. n. 9. *Ioannem ego decollauit, quis est iste, de quo ego talia audio?* Si verò dicās, quod Ioannes nullum fecit signum; facile respondet ipse Abulensis q. 46. ex Rabano, quod antiqui existimabant sanctos post resurrectionem potentiores, quàm viuentes.

50. Alb. magnus. S. Thom. Carthusian. Cur Ioannes?

Matth. 3. Matth. 4. Abulens.

Luc. 9.

51. Theophyl. Principis error populū ad se trahit.

Euf. Gallia.

Deinde ait Theophylactus: *Qui Christum Ioannem existimabant, cum Herode sentiebant, qui dixit: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit.* Et inde hæc opinio de Ioan. prima ante omnes alias refertur: semper enim principum error aliorum animos rapit, ac ad se trahit, vt eis adulantes, cum illis consentiant. Tandem egregie notat Euseb. Gallic. homil. in natali S. Petri: *Sultrissimus populū, ait, qui nunc Ioannem Christum; ab ed enim interrogabat: Tu es, qui venturus es nunc verò Christum Ioannem esse putabat, Tantum fluctuat, & errat populi sententia.*

Christus reputatus est Elias, ait Carthusianus, nam sicut sacerdotes suspicati sunt Ioannem esse Eliam, *Elias es tu?* propter solitaria vitam austeritatem, & vestium parilitatem: ita etiam aliqui putarunt Christum esse Eliam. Primò quia Elias credebatur reditus ad populum Iudæorum iuxta citatum Malachiæ locum. Secundò propter miraculorum eminentiam. Tertio propter veritatis, ac iustitiæ insuperabilem zelum. Quartò Albettus Magnus, propter eminentiam potestatis, nam ter ignem de celo deiecit 4. Reg. 1. num. 9. Cum Iudæi sua delicta non recognoscerent, tam feruidum zelotorem non verebantur, quie eos ob sua peccata combureret.

52. Carthuf. Cur Elias?

Alb. Magnus. 4. Reg. 1.

Christus habitus est Ieremias propter eius eximiam misericordiam, ac charitatem in populum, cuius peccata multis lachrymis plangebatur. *Quis dabit oculis meis fontem lachrymarum?* Ierem. 9. num. 1. Deinde quia, vt ait Abulensis quæst. 49. Ieremias erat præcipuus intercessor, & orator apud Deum pro Iudæis; & vrbe Ierusalem; tum quia ipse veniebat ad confortandum eos, quando erant in aduersitate; tum etiam quia contra hostes arma dabat. 2. Machabæor. 15. num. 14. *Hic est fratrum amator, & populi Israel. Hic est, qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate, Ieremias Propheta. Extendit autem Ieremias dextram, & dedit Iudæ gladium aureum, dicens: Accipe sanctum gladium; munus à Deo, in quo deicies aduersarios populi mei Israel.* Cum ergo Iudæi essent in multa oppressione sub iugo Romanorum, sibi persuadebant, quod eis in auxilium deueniret Ieremias Tandem Ieremiam decidabant, vt populi peccata plangeret; tamen de eius remedio prouidendo minime curabant.

53. Cur Ieremias? Ierem. Abulens.

2. Malac. 15.

Pro calce huius quæstionis quarto: Quomodo populus

54.



Insurgensdificultus.

populus potuit sibi persuadere, Christum esse loannem Baptistam, vel Eliam, vel Ieremiam...

Luc. 4.

Inimicu quid valde mirabile exitum reputat.

55. Matth. 27.

Odiu, ac inuidia facit, ut mirabilia non videantur. August.

Chrysostr.

56. Act. 6. August. Hilari. Arclaten.

Caictan. Lorin. Cornel.

August.

ipsismet diudicatur, ut facies rei, criminibus, ac delictis deturpata?

Odiu, & inuidia facit, ut splendor tenebra videantur.

Pectus Dam.

QUESTIO VII.

Quare inter has populi sententias non referunt Apostoli, quod quidam Christum Messiam existimabant?

Q V A E R I M U S in presenti: Cur sicut Apostoli referentes populi sententiam inquit, quod alij Christum existimabant loannem, alij Ieremiam, non dicunt etiam, alij Messiam...

Respondet primò Abulensis quaest. 52. Quod hic non fit mentio, nisi de opinionibus, quae constanter, ac firmiter apud populates homines tenebantur...

57. Ratio dubitandi.

Matth. 12.

Luc. 7.

Ioan. 6.

58. Abulens.

Sententia, qua non est permanens, nihil est mandata.

Ioan. 6.

59.

Matth. 9.

Tertio.

60.

Veritas inter mendacia dissolvitur.

61.

Gen. 1.

August. Raban. Rupert.

Diuini intellectus est inter mendacia veritate dignosere.

August.

62.

1. Reg. 22.

1. Reg. 21.

Tertio: Quod Christus Dominus esset vnigenitus filius Dei, Messiasque in lege promissus, vera, ac certa erat sententia. Quod autem Christus esset Ioannes Baptista, Elias, vel Ieremias...

agnoscenda futura, facillè praesens mendacium deprehenderet. Abulensis lib. 3. Reg. cap. 14. quaest. 4. David satis putabat, ait, quod poterat mentiri impune...

Abulens.

Alum lumen requiritur ad veritatem mendacia agnoscendam.

QUESTIO VIII.

Quare Apostoli alias sententias Pharisaeorum, ac Scribarum non referunt?

A P E Pharisaei, & Scribae videntes Christi miracula, eum blasphemio ore daemonicum appellarunt: In Beelzebub principe demoniorum eicit daemonia. Luc. 11. num. 15. Eumque etiam Samaritanum dixerunt Ioan. 8. num. 48. Eumque Sabbati transgressorem testificauerunt. Ioan. 5. num. 10. Ioan. 8. num. 15. Cur ergo inter alias has etiam sententias non narrant Apostoli?

Respondeo primò quod supra dictas blasphemias, non turbæ, sed Scribae, & Pharisaei, utpote inimici maligno spiritu vociferabant. Christus autem, ut dixi supra quaest. 3. non quaesivit, quem me dicunt Pharisaei, & Scribae, sed quem me dicunt turbæ? Nam, ut ait D. Chrysostr. homil. 55. Quoniam estis turba detestator esset, procul tamè ab omni erat malitia, qua Pharisaei, & Scribae maxime pervertebantur. Apostoli ergo satis prudenter non respondent ultra interrogata, sed tantum ad sibi proposita circa populi, ac turbarum sententias.

Secundò Abulensis quaest. 53. Illæ blasphemiae erant Scribarum, ac Pharisaeorum; & illi non poterant conuenienter recipi in testes nam manifeste constat, illos malignos, ac Christi amulos esse: aperta enim Christi detestabantur miracula; & quanto illi maiora faciebat, tanto illi detestiora de eo dicebant, & nitebantur grauius ei nocere. Ergo eorum testimonium non fuit commemorandū, sed utpote inimicorum praetermittendum.

Tertio Apostoli, ut probi, ac sancti, eas sententias retulerunt, quae minus asperæ videbantur; quæ verò minus acerbæ consistebant, quod nempe daemonicus, vel Samaritanus appellaretur, tacent, ac supprimunt; ne relata tanta blasphemia, pronuntiata ab omnibus, qui eorum proximi, coniciunt, ac etiam confanguinei erant, eos multum dedecorarent, ac impudentiæ nota afficerent.

Quartò. Interrogationi respondent Apostoli, Alij Ioannem Baptistam, alij Eliam, aut Ieremiam; & praefatas calumnias silentio premunt. Et satis prudenter: optimè enim deprehendebant, maiorem alicui iniuriam irrogare, non illum, qui opprobrium, ac calumniam in eius absentia impingit.

63.

Luc. 11. Ioan. 8. Ioan. 5.

64.

Chrysostr.

Non respondendum ultra interrogata.

65.

Abulens.

Inimicorum testimonium malignum.

66.

Sancti bona dicunt, mala tacent.

67.

Valde inuicisus, qui detractiones prolatis in absentia, refert in praesentia.